Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tos habes oculos. Quid tumet contra deum spiritus tuus. ut proferas de
ore tuo huiuscemodi sermones. Quid est homo ut inmaculatus sit. et
ut iustus appareat natus de muliere. Ecce inter sanctos eius ne
mo inmutabilis. et celi non sunt mundi in conspectu eius. quanto magis
abhominabilis et inutilis homo qui bibit quasi aquas iniquitatem. Oste
dam tibi audi me. quod uidi narrabo tibi. Sapientes confitentur et
non abscondunt patres suos. quibus solis data est terra. et non transibit
alienus per eos. Cunctis diebus suis impius superbit. et numerus
annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris eius semper
in auribus illius. et cum pax sit. ille semper insidias suspicatur. Non
credit quod reuerti possit de tenebris ad lucem. circumspectans un
dique gladium. Cum se mouerit ad querendum panem. nouit quod
paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribu bellum
latio. et angustia uallabit eum sicut regem qui preparatur ad prelium.
Tetendit enim aduersus deum manum suam. et contra omnipotentem ro
boratus est. Cucurrit aduersus eum erecto collo. et pingui
ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo. et de la
teribus eius arruina dependet. Habitabit in ciuitatibus de
solatis. et in domibus desertis que in tumulos sunt redacte. Non
ditabitur nec perseuerabit substantia eius. nec mittet in terra
radicem suam. nec recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet
flamma. et auferetur spiritu oris sui. Non credat frustra errore
deceptus quod aliquo pretio redimendus sit. antequam dies eius impleantur peribit.
et manus eius arescet. Ledetur quasi uinea in primo flore botrus
eius. et quasi oliua proiciens florem suum. Congregatio enim ypocrite
sterilis. et ignis deuorabit tabernacula eorum. qui munera libenter
accipiunt. Concepit dolorem et peperit iniquitatem. et uterus eius
Lib. xvi. Respondens autem iob dixit. Audiui frequenter preparat dolos.
talia. Consolatores onerosi omnes uos estis. Numquid habe
bunt finem uerba uentosa. aut aliquid tibi molestum est si lo
quaris. Poteram et ego similia uestri loqui. atque utinam esset anima
uestra pro anima mea. Consolarer et ego uos sermonibus. et mo
uerem caput meum super uos. roborarem uos ore meo. et moue
rem labia mea quasi parcens uobis. Sed quid agam. Si locutus fu